

3869.

1344 d. 13 Dec.

Kyrkoherden Nils i Ryttern intygar att han och flera uppgifna personer som fastar bevitnat ett byte mellan Riddaren Anund Finvidsson och Nils Arneson af gods i Asby, Horn och Walby.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens. scriptum. cernentibus, Nicholaus curatus. ecclesie rytro, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi per presentes, me vna cum personis infra scriptis, videlicet fynwido ragnæson, domino iærundo magnusson presbitero, ingimaro in thoristum, holmstano in asby, petro in stenby, karolo in thygbele, stephano in horne, arnero ibidem, laurencio in fyhome [æ:fyholme] ingwlpho in askø, et vlphone in syltum, presentem affuisse, et in testimonium nomine et racione testium, qui wlgariter dicuntur. fastæ, specialiter vna cum premissis fuisse nominatum, ad confirmandum quoddam terrarum concambium, inter nobilem militem, dominum Anundum fynwidhson, et nicholaum. arnæson, hoc modo iuste et legaliter factum, videlicet quod ipse dominus. Anundus dimidiam marcham terre cum. dimidio. solido. terre in asby, eidem nicholao, pro octo solidis. terre et tribus denariis terre in horne, et pro dimidio solido terre in valby, secundum leges vesmannie paternas, rite et racionabiliter assignauit, Ipse etiam dominus Anundus, dicto nicholao. XVIII. vlnas panni bryggisth addidit racione premissorum, In cuius rei testimonium sigillum meum, vna cum sigillo fynwidi ragnæson predicti, aliis premissis sigilla non habentibus, presentibus est appensum, Datum. Anno domini. M^o CCC^o XL^o quarto, die beate lucie virginis et martiris gloriose.

Ett sönderkrossadt sigill på en ur brefvet klippt remsa. Flera än ett synas ej hafva varit påsatta.

3870.

1344 d. 13 Dec.

Kyrkoherden Nils i Ryttern intygar att han och andra uppgifna personer som fastar bevitnat ett byte mellan Riddaren Anund Finvidsson och Ingemund Bolgard af gods i Gudrista och Asby.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Nicholaus &c. *lika med N:o 3869 till* presentem extitisse, et in testimonium, nomine et vice testium, qui wlgariter dicuntur fastæ, vna cum premissis, fuisse nominatum ad confirmandum quoddam terrarum concambium, inter nobilem militem dominum Anundum fynwidhson, et ingemundum dictum boolgardh, rite et racionabiliter, secundum leges vesmannie paternas factum in hunc modum, videlicet quod ipse dominus anundus tres oras terre in gwdrustum, eidem ingemundo, pro tribus oris terre in asby, perpetuo et irreuocabiliter assignauit, quandam vero pecunie summam idem dominus. Anundus, ipsi Ingemundo addidit quod plenarie red-

didit se contentum In cuius rei testimonium, sigillum fynwidi ragnæsson predicti, aliis prescriptis sigilla non habentibus, vna cum sigillo proprio presentibus est appensum, Datum Anno domini M^o CCC^o XL^o III^o, die beate lucie virginis et martyris gloriose.

Sigillen: N:o 1, Nicolai söndrigt och otydligt; N:o 2 borta, på remsor klippta ur brevet.

3871.

1344 d. 20 Dec.

Åbo.

Presten i Åbo stift HENRIK JOHANSSON gifver, för sin och sina föräldrars själar, till Åbo domkyrkas byggnadsfond sitt gods Vesikoski på ön Lunda, förbehållande sig inkomsten deraf i sin lifstid. (Jfr N:o 2509, 3198).

Registr. Eccl. Aboens. chart. fol. 104.

Omnibus presentes litteras inspecturis Henricus iohannis fabri aboensis dyocesis presbiter In domino salutem sempiternam Tenorepresencium nouerint vniuersi quod intendens anime mee feliciter preuidere necnon et ob meorum parentum salutare remedium possessionem prediorum meorum in insulis [c: insula] dicta luntha vesikoski videlicet in agris pratis siluis pascuis et piscarijs mihi iure hereditario propriaque industria succedentibus fabrice ecclesie aboensis a proprio confero et assigno post vite mee terminum iure perpetuo integraliter possidendam Tali condicione prehabita et [c: vt] prouisio ac ordinacio predictorum bonorum omnium quam diu vixero sine contradiccione qualibet cum annuali vsufructus percepcione mihi cedant Vt autem huiusmodi apropiacio in posterum firmior solidior inuiolabiliter obseruetur nec a quoquam retractari seu prepediri aut molestari valeat presentem cedula[m] sigilli ciuitatis Aboensis necnon et sigilli mei proprii munimine duxi publice roborandam Actum et scriptum Abo anno domini M^o CCC^o XL^o quarto In vigilia beati thome apostoli In huius rei euidentiam firmiorem.

Öferskrift: De prediis jn Luntho in Vesikoski.

3872.

1344 d. 27 Dec.

Stockholm.

Konung MAGNUS befaller, på grund af åtskilliga Ärkebiskop Hemmings klagomål, sina Fogdar, Domare och andra tjenstemän inom Upsala stift, att på lagligt och öfligt sätt upptaga Ärkebiskopens mål, när de på tinget dragas under deras afgörande, samt att besörja verkställighet af de domar, som i slika mål blifvit fällda, med hotelse af Konungens onåd och 3 marks böter för den som sådant uraktlåter.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Magnus dei gracia rex swecie Norwegie et scanie. Omnibus et singulis aduocatis Proloqutoribus, Exactoribus, iudicibus et officialibus suis quibuscumque In vpsalensi diocesi. constitutis. In. domino dileccionem. et salutem., Ex